



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

Med. 1. In festo Circumcisionis. Luc, 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)



MEDITATIONES
 IN OMNES TO-
 TIVS ANNI DO-
 MINICAS.

MEDITATIO

IN FESTO CIRCUMCIS-
 sionis, Luca 2.

CIRCUMCISVS est puer. Considera
 primò summam Christi humi-
 litatem, quod voluerit habe-
 ri peccator, cum non esset,
 (nam propter peccatum originale tollen-
 dum circumcisio instituta erat) nos autem
 cum simus peccatores, nolumus haberi
 obedientiam, quod legi, cui nō erat sub-
 icctus.

2. MEDITATIONES IN

iectus, parere voluerit; erat enim Dominus omnium, & venerat, vt legem illam tolleretur. 3. caritatem quod tam cito caperit pro nostra salute profundere sanguinem. 4. exemplum, vt prauos affectus, & occasiones peccatorum, maximè autem huiusmodi uigilantium contra castitatem circumcidamus, licet sine labore & dolore id non fiat.

2. *Vocatum est nomen eius IESVS, quod uocatum est ab angelo, priusquam in utero conciperetur.* Perpende, qua de causa uocetur IESVS, id est, saluator, cum permittat se circumcidi, quasi egeat salute. nempe ob nimiam erga nos caritatem, uoluit, etiam cum suo incommodo, nobis prodesse, profusione sui sanguinis nos a dolore liberare & saluare: uoluit non otiosè hoc nomen, licet a Deo inuentum, & ab angelo annunciatum, usurpare, sed summo labore passionis mereri. Vnde & Apostolus

Phil. 2. dicit. Propter quod & exaltauit illum Deus, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Secundo, cogita quam uenerandum sit hoc nomen, quippe in quo flectuntur genua caelestium, terrestrium, & infernorum. Est enim nomen filii Dei, quatenus homo factus est. Deinde quam suaue & salutare sit. Omnis enim qui inuocauerit non en Do-

mini,

DOM. TOTIVS ANNI. 3

mini, ait propheta, *saluus erit. Tertio*, considera te non esse de Societate IESV, nisi etiam studeas per labores & passiones fieri saluator aliorum.

Redditus est matri sua Puer, qua illi compatiebatur de sanguinis visa effusione. Cogita primo plorasse puerum IESVM in circumcissione, non tam propter dolorem, quam ob causam doloris, id est, tua peccata: ocellulosque suos coniecisse in matrem, ut ex luani eius aspectu aliquod caperet solatium. *Secundo*, perpende, quanto dolore maternum pectus, conspectis lacrymis & sanguine pueruli, fuerit obrutum, quot lacrymas ipsa fuderit, dixeritque potius corde, quam ore. O dulcis IESV, quid est hoc? Ante octo dies vidi te in praesepio plorantem & trementem, & hodie video te sanguinem pro mea salute profundentem. O quomodo crescit indies caritas tua.